

461 fuisse in latere basis marmoreae, cuius frons gerebat titulum multo recentiore vol. VI n. 4459 a Fl. Iulio Constantio dicatum a Memmio Vitrasio Orfito praefecto urbis anno p. Chr. 353/4, auctores sunt Cittadini et Bianchini; Donius autem etiam coniungit cum titulo eo tamquam si unus fuerit. Basis ea fuit Romae in hortis Maximorum in Aventino, ubi eam viderunt CITTAD. DON. GVD. BIANCH. Et titulum frontis esse vere urbanum probant ipsa verba¹⁾; nam praefecti urbis Romae non alibi imperatoribus statuas collocaverunt quam in urbe Roma²⁾. Cum autem inscriptio lateris videatur esse Ostiensis — ea de causa de qua dicam infra —, statuendum erit a praefecto urbis basim Constantio inscribendam ex colonia Ostiensi esse advectam; is autem, ut plerumque factum est, verba in latere basis scripta delere oblitus est. Cuius rei, scilicet magistratus urbanos etiam ex vicinis civitatibus marmora petivisse in novos usus vertenda, alterum extat exemplum etiam manifestius, titulum dico Valentiniani editum huius corporis vol. VI n. 4473. — Ex hortis Maximorum Aventinensibus inscriptiones ex basi desectae venerunt in museum epigraphicum Alexandri Albani et cum hoc in museum Capitolinum, ubi extant ambae tam Constantii, quam haec.

in latere:

titulus frontis videtur periisse, cum anno p. Chr. 353/4 basis Romam allata Constantio dedicaretur	DEDICATA · IIII · IDVS · MART	12 Mart. 239	in altero latere fuisse patellam auctor est WINGH.
	IMP · DOMINO · N · GORDIANO · AVG		
	ET · M · ACILIO AVIOLA · COS		
	PER		
	Q · VETVRIO FELICISSIMO ELECT		
	QQ		
	C · IVLIO EVANGELO T · MARCIO CHRYSOSTOM		
	T · AVRELIO EVTYCHETE		
	CVRATO RIBVS		
	10 P · AELIO EVTYCHETE IVN · L · TRAIANO ARABO		
C · ANNIO BASILIDEN C · IVLIO · TERTVLLO			

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Cittadini apud Winghium Brux. 2 f. 14', Manutium Vat. 5253 f. 405, Ciacconium Raff. f. 403; Donius, qui vidit, Vat. 7113 f. 95, ed. 3, 67 (inde Donati 149, 6) non distinctam a titulo Constantii; Gudius ms. 640, 1, ed. 65, 3; Bianchini Veron. 348 f. 33 (ab hoc Mur. 364, 1); Marini ms. Vat. 9404 f. 179; Guasco mus. Cap. n. 103. Vol. VI n. 4459 b.

7 T.] E excepit Henzen et ediderunt plerique priores; mihi aut T aut T. in lapide fuisse videbatur. — Inter Ostienses recepi hanc inscriptionem ob eam causam quod ex nominibus quae in ea leguntur tria redeunt in inscriptionibus certis Ostiensibus; scilicet Q. Veturius Felicissimus redit supra n. 431, ubi appellatur *sevir Aug. q(uin)q(uennalis) et curator ordinis eiusdem*; Marcius Chrysostomus redit supra n. 255 (pag. 1 n. 24) in albo familiae publicae; denique T. Aurelius Eutyches *sevir Aug. curat(or) et q(uin)q(uennalis)* est supra n. 305. Videtur igitur haec basis dedicata esse a collegio aliquo Ostiensi, fortasse ab Augustalibus, inter quos constat fuisse Veturium Felicissimum et Aurelium Eutychem, et inter quos quin fuerit etiam Marcius Chrysostomus nihil obstat.

1) Fuisse sub statua a Memmio Vitrasio Orfito collocata in balneis Surae Aventinensibus non sine specie veri opinatur Lancianus *bull. arch. municipale* 6 (1878) p. 253.

2) Cippus paucis annis post hunc de quo agimus ab eodem Memmio Vitrasio Orfito praefecto urbis Constantio dicatus (editus huius corporis vol. VI n. 4464) in notitia ms. rerum antiquarum a Petrinio inter annos 1801 et 1804 effossarum p. 178 recensetur inter lapides Ostiae repertos et adlatos Romam in aedes Quirinales; sed eundem Fea repertum facit d. 4. Sept. in foro Romano prope arcum Septimii Severi. Nec dubium est quin Fea, qui ipse illo tempore effossionibus fori Romani praerat, maior fides habenda sit quam auctori elenchi Petriniani.

462 fragmentum tabulae marmoreae. Ostiae rep. anno 1880/81.

O I E A
 S · CVRA · AGENTIBUS
 LIO · HERMETE · Q

Descripsi. Lanciani *notizie degli scavi* 1881 p. 118.

463 Ostiae in museo.

D E I
 S A B I I
 P E R · S A L I
 E T · H I L

Descripsi. Exhibit C. L. Visconti ms. qui descripsit mense Dec. 1857.

464 Ostiae in museo.

L ·
 D E D I C
 L ·

Descripsi.

465 basis marmorea. Ostiae in theatro. Ex inscriptione erasa non agnoscuntur nisi

in principio M L
 et in fine L D D D P

Lanciani *notizie degli scavi* 1880 p. 477.

466 basis marmorea adhibita in eodem muro in quo extat n. 459. Ex inscriptione erasa non supersunt nisi in fine haec:

L D D d P

Descripsi. Lanciani *notizie degli scavi* 1880 p. 477.

